

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

enunciantem arcana, & simulationem benevolentiae. Virtus opposita est,
FIDELITAS in Amicitia, quæ ad V. & VIII. præceptum referri potest.

Caput XXVIII.

Qui proicit lapidem in altum, huic recidit in caput. Iniustitia puni-
tur talio-
ne.

*Qui clanculum pungit, hic sauciat seipsum. Qui
foveam fodit, ipse cadit in illam. Qui alteri insidi-
atur, hic illaqueat seipsum. Qui damnum inferre
vult alijs, hic saepe ipse plectitur, nesciens unde hoc eueniat. Su-
perbi exagitant & derident alios, sed ultio expectat eos ut leo.
Qui letantur afflictionibus bonorum, in laqueo capientur, dolor
anmi exedet eos antequam moriantur. Ira & seuitia sunt Manuetudo.
abominatio coram Domino, impius utriusque reus est. Qui
se ulciscitur, in illo ulciscitur se Dominus, & peccata quoque eius
retinet illi. Dimitte proximo tuo quid in te peccauit, & roga
eum, & vicissim remittentur tibi peccata tua. Inuenias ho-
minem qui erga alium iram & odium gerit, & Domini implorat
gratiam, immisericors est erga proximum suum, & pro peccatis
suis vult preces fundere. Ipse caro & sanguis tantum est, &
tam tenaciter iram suam fouet. Quis ergo peccata ipsius remit-
tit ei? Cogita de fine, & remitte offensam, qua mortem & in-
teritum querit, & mane in mandatis. Cogita de præcepto Dei,
& remitte minas erga proximum tuum. Cogita de lege & pa-
cto altissimi, & condona erratum. Desine a contentione, &
peccata multa omittentur. Homo iracundus accendit rixas, &
impius inextricabilia miscet inter amicos bonos, & irritat eos,
qui pacem habebant. Quando multa sunt ligna, ignis eo fit
maior: Ita, cum homines sunt potentes, eò grauius seuit ira.
Et cum diuites sunt, furit eo vehementius. Et quando contentio diu-
durat, tunc eò latius vagatur incendium. Qui feruidus est
nimium ad contentiones, accendit ignem. Et qui ad rixam præ-
cipites sunt, effundunt sanguinem. Insuffla in scintillam, &
excitabitur ignis maximus. Expue in eandem, & extinguetur,
Et utrunque procedere potest ex ore tuo. Susurrones, & lingua Calumnia &
obtrectatio-
nes.
virulenta sunt maledicta, quia apud multos turbant pacem.*

Ddd 3

Os ob-

Os obtrectatoris lingua virulenta multos facit discordes, & agit eos de una terra in aliam, diruit vrbes munitas, vastat principatus. Os obtrectatoris eijcit domo matronas honestas, spoliatq; rebus omnibus, quas ingenti sudore pararunt. Qui paret obtrectatrici lingua, irrequietus est, & nusquam manere potest in pace. Flagellum in tergo vibices facit, sed virulenta lingua conterit ossa & omnia. Multi ceciderunt per aciem gladij, sed non tam multi quam per linguas virulentas. Beatus qui custoditur ab ore virulento, qui ab eo non affligitur, & eius iugum non portat, eius cassibus non irretitur. Nam iugum eius ferreum est, & laquei eius aenei. Afflictio eius acerbior morte & inferno. Sed timentem Deum non opprimit, neq; vretur flammis eius. Qui relinquit Dominum, cadet in eiusmodi ignem; & in eo comburetur, nec exingetur, obruet eum sicut leo, & deuorabit sicut pardus. Sepem pratexis spinosam tuis pradijs, quare non potius ori tuo obdis hostium & repagulum? Aurum & argentum tuum expendis libra: Quare non trutinas verba tua in libella aurificis? Vide ne quasi in lubrico per ea nitent pedes, & cadas coram inimicis tuis, qui te obseruant.

DVas partes continet. Primùm de iniustitia, alterius vitæ, famæ vel bonis insidiantem, & de cupiditate vindictæ frenanda concionatur: & Talionis poenam iniustis minatur, sexies mutatis verbis, initio capitis repetens eandem sententiam, congruentem veteri versui: *oi aind' nana rdyga aind', a ddo nana rdygov.* Sibi ipsi mala fruit, qui alteri insidiatur. vt Aman, qui Mardocheo furcam erexerat, in ea suspensus est. Apelles Arato insidias fruens apud Philippum regem Macedonum, deprehensa calumnia, ipse eo supplicio afficitur, quod Arato destinauerat. Virtutum appellationes sunt **IUSTITIA** neminem lædens, & **MANSVETUDO** moderans iracundiam & vindictæ cupiditatem, & remittens ac condonans iniurias propter Deum: qui in huius virtutis exercitio, suam mansuetudinem & misericordiam gratis condonantem peccata, agnosci vult & celebrari, & negat se illis clementem & misericordem fore, qui non ex corde odia, offensiones & vindictæ cupiditatem remittunt, vt Christus Matthæi 6. precationi Dominicæ statim hæc verba attexit: Si remiseritis hominibus peccata eorum, remittet & vobis pater cœlestis delicta vestra. Si autem non remiseritis hominibus, nec pater vester cœlestis remittet vobis delicta omnia. Item Matth. 18. in parabola de duobus debitoribus, &c. Repetatur autem de hac virtute doctrina copiosior ex V. præcepti enarratione.

Insuffla in scintillam & excitabitur ignis maximus. Susurrones, & lingua virulenta sunt maledicta. Secunda pars capitis de obtrectationibus & calumnijs, quibus clanculum de absentibus falsa crimina & suspensiones seruntur, & rectè vel certè excusabiliter dicta & facta malitiosè deprauantur, & hoc artificia

artificio alienatis & disjunctis hominum animis, aliorum fama, vita & bonis infidiae struuntur, vt Christus ipse, & pleriq; Prophetæ & Apostoli, & multi honesti viri apud Ethnicos, Palamedes, Socrates, Themistocles, Miltiades, &c. per calumniam oppressi, & vel interfecti, vel in exilium acti sunt. Et apud Platonem inquit Socrates: Η τῶν πολλῶν διαβολή καὶ φθόνος πολλὰς δὴ ἀλλὰς καὶ ἀγαθὰς ἀνδράσιν ἔρηκε, οἷμα δὲ καὶ αἰρήσων ἔδεν ἢ δεινὸν μὴ ἐν ἡμοῖς εἴη. *Lingua virulenta diruit vrbes munitas, &c.* vt Græci dicunt: Γλώσσα ποὶ πόρον; πάλιν καταπέφυσσα καὶ πάλιν ἀνορθώσασα. *Lingua quò vadis? vrbem euerfura, & vrhem feruatura.* Virtus opposita obtrectationi est *CANON*, quæ veritatem & iustitiam complectitur. Ac de obtrectationibus & calumnijs & vicinis mendaciorum speciebus plura in VIII. præcepti enarratione diximus.

Caput XXIX.

Qui mutuat proximo suo, hic facit opus misericordie,

Et qui opes habet, debet hoc præstare officium. Mutuatiónes.

Q *Mutua proximo tuo, cum indiguerit. Et tu quoq; debitor redde tempore constituto. Serua promissum, neq; agas dolo cum eo, Et inuenies omni tempore qui subueniunt tibi. Pleriq; putant id se casu inuenisse, quod mutuo accipiunt, Et offendunt eos qui ipsis mutuantur. Osculatur manum mutuantis, Et attemperans verecundè verba, submissè se gerit, vt pecuniam impetret proximi. Cum autem reddere debet, moram facit, Et incipit conqueri, difficilia esse tempora, Et etiam si suppetit facultas, tamen vix dimidium reddit, Et creditori ducit sic lucrum accessisse. Sin autem non est soluendo, illum mutuantem grauitè defraudat, hic deinde suis nummis emit inimicum sibi, conuitia, execrationes Et verba contumeliosa pro pecunia scilicet dantur. Ideò pleriq; inuiti mutuant alijs, non malo animo, sed metuent, ne iacturam pecunie sue faciant.*

Sed tamen succurre proximo tuo in necessitate, Et insuper superadde Eleemosynen hanc, vt diem illi des. Subueni inopi, propter mandatum Dei, et in necessitate ne dimittas eum vacuum. Beneficentia.

Libenter facito iacturam pecunie tue, propter fratrem Et proximum tuum, et ne defodias sub lapide, vbi tamen perit. Congrega tibi thesaurum, secundum mandatum altissimi, hic melior erit tibi quouis auro. Eleemosynen tuam suo sepone loco, hoc liberabit te à calamitatibus. Et pugnabit pro te contra

D d d 4

inimi-